

VĚTY ČASOVÉ

Věty s *cum*

1. **Přeložte do češtiny a uveďte, o jaký typ věty s *cum* se jedná.**
1. Ante lucem cum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo et opera exaravi nescio quid ad te et ante lucem dedi. (Cic. *Att.* 13, 38, 1)
2. Atque ille eo tempore paruit, cum parere senatui necesse erat, vos tum paruistis, cum paruit nemo, qui noluit. (Cic. *Lig.* 20)
3. Nam cum esset ex aere alieno commota civitas, plebs montem sacrum prius, deinde Aventinum occupavit. (Cic. *rep.* 2, 58)
4. Gubernatores cum exsultantis (= exsultantes) lolligines viderunt aut delphinos se in portum conicientes, tempestatem significari putant. (Cic. *div.* 2, 145)
5. Dixerat hoc ille, cum puer nuntiavit venire ad eum Laelium domoque iam exisse. (Cic. *rep.* 1, 18, 12)
6. Cum sciam, quo die venturus sim, faciam, ut scias. (Cic. *Att.* 16, 8, 1)
7. Cum patriam obsideri audisset, non quaesivit, ubi ipse tuto viveret, sed unde praesidio posset esse civibus suis. (Nep. *Con.* 2, 1)
8. Caedebatur virgis in medio foro Messanae civis Romanus, iudices, cum interea nullus gemitus, nulla vox alia illius miseri inter dolorem crepitumque plagarum audiebatur nisi haec: „Civis Romanus sum.“ (Cic. *Verr.* II 5, 162)
9. His cum sua sponte persuadere non possent, legatos ad Dumnorigem Haeduum mittunt, ut eo deprecatore a Sequanis impetrarent. (Caes. *Gall.* 1, 9, 2)
10. Ille enim mihi praesidium extraordinarium dederat: cum dico mihi, senatui dico populoque Romano. (Cic. *Phil.* 11, 20)
11. Sed haec tum laudemus, cum erunt perorata. (Cic. *Att.* 5, 10, 2)
12. Praeterea ne aliis quidem tunc prodesse prohibetur, cum illum aliquae necessitates premunt. (Sen. *epist.* 85, 38)
13. Occisus est a cena rediens; nondum lucebat, cum Ameriae scitum est. (Cic. *S. Rosc.* 97)

14. Cum [sc. venti] resederunt, et pelagus conquiescit minorque descendenti inde vis Nilo est. (Sen. *nat.* 4a, 2, 22)
15. Eius libertum Apollonium iam tum equidem, cum ille viveret, et magni faciebam et probabam. (Cic. *fam.* 13, 16, 1)
16. Deinde sententiam meam tu facillime perspicere potuisti iam ab illo tempore, cum in Cumanum mihi obviam venisti. (Cic. *fam.* 2, 16, 3)
17. Multa primo die, cum de ipsa morte quaereremus, non pauca etiam postero, cum ageretur de dolore, sunt dicta de morte, quae qui recordetur, haud sane periculum est, ne non mortem aut optandam aut certe non timendam putet. (Cic. *Tusc.* 5, 40, 118)
18. Quibus cum iuratus affirmasset se, quae deberentur, postero die persoluturum, domum se abdidit; inde nocte intempesta crepidatus veste servili navem conscendit Brundisiumque vitavit et ultimas Hadriani maris oras petivit, cum interim Dyrrachi milites domum, in qua istum esse arbitrabantur, obsidere coeperunt. (Cic. *Pis.* 93)

2. Přeložte do latiny

1. Až se bude říkat, že naši nepřátelé přicházejí, půjdu do Épeiru.
2. Hannibal ještě ani nevyšel z tábora, když tu uslyšel křik bojujících.
3. Nespravedlivě jedná ten, kdo nechrání svoje blízké, když může.
4. Když ti, kteří obývali Délos, viděli vyloupený chrám, těžce to nesli. Domnívají se totiž, že se tam narodil Apollón.
5. Když čtu tvůj dopis, zdá se mi, že jsem v Římě.
6. Když se již blížilo poledne, spěchal k tomu táboru, který jsme zmínili.
7. Když tam Caesar přišel, zpozoroval, že na (*ad + ak.*) druhém břehu řeky jsou rozmístěny jednotky nepřátel.
8. Kdykoliv přišel do nějakého městečka, nechával se v nosítkách (*abl. bez předložky*) odnést až do pokoje.
9. Napíšu ti víc, až budu mít volno. Tohle jsem napsal, když jsem byl v senátu.
10. Když byl hlavní představitel obce vyhnán neprávem z vlasti, uchýlil se ke králi Ptolemaiovi do Alexandrie.
11. Až uvidím Caesara, napíšu ti, co dělá Lucceius.
12. Už svítalo, když konzul dal znamení k boji.
13. Když toho člověka zmiňuji, zdá se mi, že říkám dost.
14. Máš zmatené posly. Když ode mě odcházejí, požadují dopis, když ke mně přicházejí, žádný nepřinášejí.

15. Když to Balbus řekl, Cotta se usmál a řekl. „Pozdě mi, Balbe, radíš, co mám bránit.“
 16. Večřel jsem u Seia, když tu byl nám oběma (*tj. jednomu i druhému z nás*) doručen tvůj dopis.

Épeiros	Ēpīrus, ī, f.
vyjít	exeō, ire, īi, itum ē, ex +abl.
jednat	faciō, ere, fēcī, factum
chránit	dēfendō, ere, fendī, fēnsūm
vyloupit	spoliō, āre, āvī, ātum
těžce nést	graviter ferō, ferre, tulī, lātum
obývat	incolō, ere, coluī, cultum +ak.
blížít se	appropinquō, āre, āvī, ātum
spěchat	contendō, ere, contendī, contentum
zmínit	dēmōnstrō, āre, āvī, ātum
břeh (řeky)	rīpa, ae, f.
rozmístit	īnstruō, ere, strūxī, structum
jednotky (vojenské)	copiae, ārum, f.
nosítka	lectīca, ae, f.
odnést	dēferō, ferre, tulī, lātum
▪ nechat se odnést	▪ dēferrī (pas.)
až do	usque in +ak.
pokoj, ložnice	cubiculum, ī, n.
mít volno	ōtiōsus, a, um esse
napisat	exarō, āre, āvī, ātum
hlavní představitel	prīnceps, cipis, m.
uchýlit se	mē cōnferō, ferre, tulī, lātum (collātum)
Ptolemaios	Ptolemaeus, ī, m.
Alexandrie	Alexandrēa / Alexandrīa, ae, f.
svítat	dīlūcēsco, ere, lūxī, –
dát znamení k boji	signum, ī, n. dō, dare, dedī, datum
zmínit, označit, nazvat	nōminō, āre, āvī, ātum
posel, listonoš	tabellārius, ii, m.
zmatený	praeposterus, a, um
usmát se	arrīdeō (adrīdeō), ēre, rīsī, rīsum
radit	praecipīō, ere, cēpī, ceptum
Seius	Sēius, ī, m.
doručit (dopis)	reddō, ere, didī, ditum

3. Dejte do správného tvaru

1. Illi, cum ferro aggredi non (*audere; se neodvažovali*) _____, noctu ligna contulerunt circa casam eam, in qua quiescebat, eamque succenderunt, ut incendio (*conficere; illi*) _____, quem manu superari posse diffidebant. (Nep. Alc. 10, 4)
2. Quid collega eius L. Iunius – eodem bello nonne tempestate classem amisit, cum auspiciis non (*parere; protože neposlechl*) _____? (Cic. nat. deor. 2, 7, 52)
3. [sc. Alces] huc cum se consuetudine (*reclinare; se opřou*) _____, infirmas arbores pondere adfligunt atque una ipsae concidunt. (Caes. Gall. 6, 27, 5)
4. Multi enim et cum obesse (*velle; třebaže chtěli*) _____, profuerunt, et cum prodesse, offuerunt. (Cic. nat. deor. 3, 70)

5. Vix prior tumultus (*conticescere; ustal*) _____, cum Scipio ab defessis iam vulneratisque recentes integrosque alios accipere scalas iubet et vi maiore adgredi urbem. (Liv. 26, 45, 6)
6. Illi desperatis rebus cum (*solvere*) _____ naves ac vela ventis dedissent, Hannibal ad Antiochum pervenit. (Nep. *Hann.* 8, 2)
7. Quaeram, (*decernere; zda to bylo ustanoveno*) _____ ne _____. Cum id (*invenire; zjistím*) _____, quaeram, remotaene sint litterae. (Cic. *Verr.* II 2, 180)
8. Tuas cottidie litteras exspectabo; ad has autem, cum poteris, (*rescribere; odepíšeš*) _____. (Cic. *Att.* 7, 20, 2)
9. Quae cum ita (*esse; protože jsou*) _____, quaero abs te, quam ob causam (*recusare; jsi odmítl*) _____. (Cic. *S. Rosc.* 120)
10. Cum illuc (*venire; přijdu*) _____ (*intellegere; poznám*) _____ que, quid negoti sit, tum ad quos dies (*redire; se vrátím*) _____, scribam ad te. (Cic. *Att.* 13, 9, 2)
11. Consul alter C. Aurelius, ad confectum bellum cum in provinciam (*venire; přišel*) _____, haud clam tulit iram adversus praetorem, quod absente se rem (*gerere; že prý vedl*) _____. (Liv. 31, 47, 4)
12. Sine dubio post Leuctricam pugnam Lacedaemonii se numquam refecerunt neque pristinum imperium recuperarunt, cum interim numquam Agesilaus (*desistere; nepřestal*) _____ (...) patriam iuvare. (Nep. *Ages.* 7, 1)
13. Qui cum (*legere; si přečetl*) _____ epistulam matris, qua admonebatur, ut a veneno Philippi medici (*cavere*) _____, acceptam potionem non deterritus bibit: plus sibi de amico suo credidit. (Sen. *dial.* 4, 23, 2)

4. Vyberte správný tvar. Je-li více možností, zdůvodněte.

1. Cum aliquid (*videbatur, videretur*) caveri posse, tum id neglegi dolebam. (Cic. *fam.* 6, 21, 1)
2. Hiemps quoque iam (*instabat, instaret, institerat*), cum inde (*abscessit, abiret, abscessisset*) et in Macedoniam in hiberna copias reduxit. (Liv. 32, 4, 7)
3. Sed extremo, cum prope iam ad desperationem (*pervenerant, pervenissent*), Hamilcarem imperatorem fecerunt. (Nep. *Ham.* 2, 3)
4. Haec cum Crassus (*diceret, dixisset*), parumper et ipse conticuit et a ceteris silentium fuit. (Cic. *de orat.* 143)
5. Huic [sc. Marti], cum proelio dimicare (*constituent, constituerint, constituerunt*), ea, quae bello ceperint, plerumque devovent. (Caes. *Gall.* 6, 17, 3)
6. Nos, confectum bellum cum (*putabamus, putaremus, putaveramus, putavissemus*), repente a Lepido tuo in summam sollicitudinem sumus adducti. (Cic. *fam.* 12, 9, 2)

7. Quo facto cum alius alii subsidium (*ferebat, ferret*) neque (*timebant, timerent*), ne aversi ab hoste (*circumvenirentur, circumveniebantur, circumventi erant, circumventi essent*), audacius resistere ac fortius pugnare coeperunt. (Caes. Gall. 2, 26, 2)
8. Erant per se magna, quae gesserant equites, praesertim cum eorum exiguus numerus cum tanta multitudine Numidarum (*conferebatur, confertur, conferretur, conferebatur*). (Caes. civ. 2, 39, 4)
9. Caesar, cum constituisset hiemare in continenti propter repentinos Galliae motus, neque multum aestatis superesset atque id facile extrahi posse intellegeret, obsides (*imperat, imperavit*), et quid in annos singulos vectigalis populo Romano Britannia (*pendat, penderet*), constituit. (Caes. Gall. 5, 22, 4)
10. Multi enim anni sunt, cum ille in aere meo (*est, sit, esset*) et a me (*diligatur, diligatur, diligeretur*) propter summam suam humanitatem et observantiam. (Cic. fam. 15, 14, 1)
11. Nondum (*erat auditum, esset auditum, audiretur, audiebatur*) te ad Italiam adventare, cum Sex. Villium, Milonis mei familiarem, cum his ad te litteris misi. (Cic. fam. 2, 6, 1)
12. Qui, cum ex eo quaeretur, cur tam diu (*vult, volebat, vellet, velit*) esse in vita: „Nihil habeo,“ inquit, „quod (*accuso, accusarem, accusem, accusabam*) senectutem.“ (Cic. Cato 13)

5. Odpovězte na otázky

1. Hui, vereor, quod solet fieri, ne, **cum te videro**, omnia **obliviscar**. (Cael. Cic. fam. 8, 15, 2)
 - Určete gramaticky tvar *obliviscar* a zdůvodněte jeho použití.
 - Jakého typu je *cum* ve větě *cum te videro*?
2. Quod cum **tulerimus**, tamen eadem erunt perpetienda, quae tu, ne accidant, ut caveamus, mones. (Cic. Att. 11, 24, 1)
 - Je tvar *tulerimus* spíše indikativ futura II nebo konjunktiv perfekta?
 - Kolik je v souvětí vedlejších vět a jaké to jsou?
3. Hiems iam eo tempore erat, et **cum** T. Quinctius capta Elatia in Phocide ac Locride hiberna disposita haberet, Opunte seditio orta est. (Liv. 32, 32, 1)
 - Lze pokládat *cum* za *cum inversum*?
4. Ego **cum te quaererem**, ancillae tuae credidi te domi non esse, tu mihi non credis ipsi? (Cic. de orat. 2, 276)

Cum quaererent alii Numerium, alii Quintium, gemini nominis errore servatus est. (Cic. Sest. 82)

 - Jedná se v předchozích dvou souvětích o *cum causale* nebo o *cum historicum*?

5. Hic cum exclamavisset Laelius ingemuissentque vehementius ceteri, leniter arridens Scipio: „St! quaeso,“ inquit, „**ne** me e somno **excitetis**, et parumper audite cetera.“ (Cic. *rep.* 6, 12)
 - Uvozuje *ne* větu účelovou?
6. Atuatuci, de quibus supra diximus, **cum** omnibus copiis auxilio Nervii **venirent**, hac pugna nuntiata ex itinere domum reverterunt. (Caes. *Gall.* 2, 29, 1)
 - Je *cum* spojka nebo předložka?
7. Ludos praetor in circo maximo **cum facturus esset**, edixit, ut populus per eos ludos stipem Apollini (...) conferret. (Liv. 25, 12, 14)
 - Proč je ve větě vedlejší použit konjunktiv *facturus esset*? Vyjadřuje následnost?
6. **Určete, jaký význam mohou mít následující věty s konjunktivním *cum*. Některé mohou mít více významů.**
 1. Et quidem C. Gracchus, cum largitiones maximas fecisset et effudisset aerarium, verbis tamen defendebat aerarium. (Cic. *Tusc.* 3, 20, 48)
 2. Fit clamor maximus, cum id universis indignum ac nefarium videretur. (Cic. *Verr.* II 2, 119)
 3. Haec cum Antonius dixisset, sane dubitare visus est Sulpicius et Cotta, utrius oratio propius ad veritatem videretur accedere. (Cic. *de orat.* 1, 262)
 4. Iam primi conseruerant manus, cum alii catervatim currebant, alii nondum e castris exissent. (Liv. 23, 27, 6)
 5. Itaque, ut ex ipso audiebam, persaepe revertit ex itinere, cum iam progressus esset multorum dierum viam. (Cic. *div.* 1, 27)
 6. Lupus noster cum Romam sexto die Mutina venisset, postridie me mane venit; tua mihi mandata diligentissime exposuit et litteras reddidit. (Cic. *fam.* 11, 6, 1)
 7. Lyso enim noster vereor, ne negligentior sit, primum quia omnes Graeci, deinde quod, cum a me litteras accepisset, mihi nullas remisit. (Cic. *fam.* 16, 4, 2)
 8. Omitto quam haec falsa, quam levia, praesertim cum omnino nulla causa iusta cuiquam esse possit contra patriam arma capiendi. (Cic. *Phil.* 2, 53)
 9. Paucis post diebus cum ad Nasicam venisset Ennius et eum ad ianuam quaereret, exclamat Nasica se domi non esse. (Cic. *de orat.* 2, 276)
 10. Pompeio, nostro familiari, cum graviter aegrotaret Neapoli, melius est factum. (Cic. *Tusc.* 1, 35, 86)
 11. Quorum domus cum honore ac virtute florerent, signis et tabulis pictis erant vacuae. (Cic. *Verr.* II 1, 55)
 12. Supervacuum iudico adicere, quid inter ista discriminis sit, cum saepe dixerim. (Sen. *epist.* 120, 3)

13. Tum vero gravior cura patribus incessit, quippe cum prodi causam ab suis cernerent. (Liv. 4, 57, 10)
7. **Nahradte větu s *cum* ablativem absolutním nebo naopak, a je-li to možné (pozor - u participiálních konstrukcí se nemusí vždy jednat o ablativ absolutní)**
1. Quae cum essent dicta, discessimus. (Cic. *fin.* 4, 28, 80)
 2. Cn. Iulius consul aedem Apollinis absente collega sine sorte dedicavit. (Liv. 4, 29, 7)
 3. Quae cum dixisset ille, finem fecit. (Cic. *ac.* 1, 63)
 4. Sole orto Gracchus in aciem copias educit (= eduxit); nec hostes moram dimicandi fecerunt. (Liv. 24, 15, 1)
 5. Iam tumultus erat clamorque, qualis esse in capta urbe solet. (Liv. 25, 10, 1)
 6. Multis interfectis, compluribus equis captis Germani sese recipiunt. (Caes. *Gall.* 7, 70, 7)
 7. De die tecum loquitur et de hoc ipso fugiente. (Sen. *dial.* 10, 9, 3)
 8. Iam illo praesente adibit. (Plaut. *Most.* 564)
 9. Ego enim te disputante quid contra dicerem, mecum ipse meditabar... (Cic. *nat. deor.* 3, 1)
 10. Is ab inimicis suis apud C. Sacerdotem praetorem rei capitalis cum accusatus esset, facile eo iudicio est liberatus. (Cic. *Verr.* II 2, 68)
 11. Properantibus tabellariis alienis hanc epistulam dedi. (Cic. *Att.* 11, 17)

Věty s *postquam*, *ut*, *ubi*

1. Přeložte do češtiny

1. Qui reus pridie iam ipse se condemnatum putabat, is posteaquam defensor eius consul est factus, absolvitur? (Cic. *Verr.* I, 20)
2. Quo ut venit, causam apud Philippum regem verbo, re ipsa quidem apud Polyperchontem iussus est dicere: namque is tum regis rebus praeerat. (Nep. *Phoc.* 3, 3)
3. Hic cum in Italiam bellum inferre medicaretur, nono anno postquam in Hispaniam venerat, in proelio pugnans adversus Vettones occisus est. (Nep. *Ham.* 4, 2)
4. Simulac potestas primum data est, adeunt hi, quos dixi. Loquitur C. Mustius, rem demonstrat, petit auxilium, pecuniam pollicetur. (Cic. *Verr.* II 1,138)

5. Postquam ad diem praestitutum venerunt socii, consul extra portam Capenam castra locat. (Liv. 3, 22, 4)
6. Cum primum te observare desieris, imago ista tristitiae discedet: nunc ipse custodis dolorem tuum. (Sen. *epist.* 63, 3)
7. Hic vincendum aut moriendum, milites, est, ubi primum hosti occurristis. (Liv. 21, 43, 5)
8. Ita peragratis Hispaniae Galliaeque populis legati Romam redeunt haud multo post, quam consules in provincias profecti erant. (Liv. 21, 20, 9)
9. Quem [sc. equitatum hostium] simulatque oppidani conspexerunt atque in spem auxilii venerunt, clamore sublato arma capere, portas claudere, murum complere coeperunt. (Caes. *Gall.* 7, 12, 5)
10. Quae omnia nunc intellegit sibi nihil prodesse, posteaquam certis litteris testibus auctoritatibusque convincitur. (Cic. *Verr.* II 5, 103)
11. ...crocodili fluviatilesque testudines quaedamque serpentes ortae extra aquam, simul ac primum niti possunt, aquam persequuntur. (Cic. *nat. deor.* 2, 124)
12. Sed ubi res ad certamen venit, victus ex proelio profugit in provinciam ac deinde Romam contendit. (Sall. *Iug.* 13, 4)
13. Ad Alpes posteaquam venit, quae Italiam ab Gallia seiungunt, quas nemo umquam cum exercitu ante eum praeter Herculem Graium transierat (quo facto is hodie salus Graius appellatur), Alpico conantes prohibere transitu concidit, loca patefecit, itinera muniit, effecit, ut ea elephantus ornatus ire posset, qua antea unus homo inermis vix poterat reperere. (Nep. *Hann.* 3, 4)
14. Cum primum igitur poteris, venies. (Cic. *Att.* 15, 21, 3)
15. Haec Scipio cum dixisset, L. Furium repente venientem aspexit, eumque ut salutavit, amicissime adprehendit et in lecto suo conlocavit. (Cic. *rep.* 1, 17)

2. Přeložte do latiny

1. Jakmile jsem přišel na Sicílii já, změnil se.
2. Zemřel téměř čtyři roky poté, co byl Themistoklés vyhnán z Athén.
3. Jakmile se vrátil z provincie, byl tento soud podplacen velkými penězi.
4. Poté, co slyšeli, že se staví hradby, poslali do Athén legáty, aby to zakázali.
5. Jakmile jsem nastoupil na loď, napsal jsem tento dopis.
6. Když se tyto věci projednávaly, byla oznámena nová porážka.
7. Dostal jsem tvůj dopis mnoho měsíců poté, co jsi ho poslal.
8. Až budete mít římského pána, pozdě a marně budete hledat Filipa (jako) spojení.

9. Poté, co jsem přečetl tvůj dopis, navštívila mě Postumia.

10. Jakmile něco uslyším, napíšu ti.

téměř	ferē; fermē
podplacení	redēptiō, ōnis, f.
▪ podplatit soud	▪ redēptiōnem iūdicii faciō, ere, fēcī, factum
velké peníze	grandis, e pecūnia, ae, f.
nastoupit na loď	nāvem cōscendō, ere, scendī, scēsum
projednávat	agō, ere, ēgī, āctum
porážka	clādēs, is, f.
dostat (dopis)	accipiō, ere, cēpi, ceptum
marně	nēququam
navštívit (někoho)	conveniō, ire, vēni, ventum +ak.

3. Dejte do správného tvaru

- Denique Romani, multo ante labore proeliisque fatigati, post dies quadraginta, quam eo (*venire; se přišlo*) _____, oppido modo potiti [sc. sunt]. (Sall. *Iug.* 76, 5)
- Quod cum (*animadvertere*) _____ Caesar, scaphas longarum navium, item speculatoria navigia militibus (*complere*) _____ iussit, et quos laborantes conspexerat, his subsidia submittebat. (Caes. *Gall.* 4, 26, 4)
- His rebus celeriter administratis ipse, cum primum per anni tempus (*posse; ille*) _____, ad exercitum contendit. (Caes. *Gall.* 3, 9, 2)
- Ubi hostes ad legatos exercitumque (*pervenire*) _____, universi se ad pedes proiciunt, orant, ut adventus Caesaris (*expectare; pas.*) _____. (Caes. *civ.* 2, 12, 2)
- Themistocles autem, ut Lacedaemonem (*venire*) _____, adire ad magistratus (*nolle; ille*) _____ et (*dare; ille*) _____ operam, ut quam longissime tempus duceret, causam interponens se collegas expectare. (Nep. *Them.* 7, 1)
- T. Furfano Postumo, familiari meo, legatisque eius, item meis familiaribus, diligentissime te commendabo, cum (*venire; přijdou*) _____. (Cic. *fam.* 6, 8, 3)
- Librum extemplo poposcerunt, deinde ut ipse (*recitare*) _____, permiserunt. (Liv. 39, 47, 4)
- Restat nunc, ut de praemio et de poena (*explicare; nos*) _____. (Cic. *inv.* 2, 37, 110)
- Huc ut (*venire; ille*) _____, ab ephoris in vincla publica est coniectus. (Nep. *Paus.* 5, 5)
- Oppidani, cum terror undique (*instare*) _____, obsidibus datis in praesentia dediderunt sese; iidem, postquam exercitus (*recedere*) _____, obliti obsidum, relicta urbe in loca munita et montes refugerunt. (Liv. 40, 22, 14)

4. Doplňte vhodnou spojku

1. Itaque, _____ primum potuit, imperium deposuit ac privatus Syracusis, quod reliquum vitae fuit, vixit. (Nep. *Tim.* 3, 4)
2. Sed hoc non dubito, _____ existimes mihi esse gratum. (Cic. *fam.* 13, 27, 3)
3. _____ in agrum Romanum ventum est, obviam hosti consules eunt. (Liv. 2, 6, 5)
4. Tunc ille, mihi _____ gratias egisset, magno opere a me petivit, _____ Laodiceam protinus irem. (Cic. *fam.* 3, 6, 2)
5. _____ inluxit, abire sine certamine cupiunt. (Liv. 10, 35, 4)
6. Metuoque et timeo, _____ hoc tandem propalam fiat, nimis. (Plaut. *Mil.* 1348)
7. Ego tamen, _____ Tullius rure redierit, mittam eum ad te... (Cic. *fam.* 5, 20, 9)

5. Doplňte uvedené výrazy do vět

constat, cures, flere, miserant, pervenisset, pervenit, redierat, videro, vidi

1. Eo postquam Caesar _____, obsides, arma, servos, qui ad eos perfugissent, poposcit. (Caes. *Gall.* 1, 27, 3)
2. Tertio die cum _____ ad Citium montem, vix transgressus propter altitudinem nivis, locum quoque castris aegre invenit. (Liv. 43, 21, 7)
3. Quem ut _____, equidem vim lacrimarum profudi, ille autem me complexus atque osculans _____ prohibebat. (Cic. *rep.* 6, 14)
4. Diem obiit circiter annos quinquaginta quinque natus, quartum post annum, quam ex Peloponneso in Siciliam _____. (Nep. *Dion* 10, 3)
5. Ceterum Heraclea capta fregit tandem animos Aetolorum et paucos post dies, quam ad bellum renovandum acciendumque regem in Asiam _____ legatos, abiectis belli consiliis pacis petendae oratores ad consulem miserunt. (Liv. 36, 27, 1)
6. Quem, ubi primum magistratu abiit, damnatum necatumque [sc. esse] _____. (Liv. 2, 41, 10)
7. Varroni, simul ac te _____, si tibi videbitur, [sc. litteras] mittam. (Cic. *Att.* 13, 22, 3)
8. Tu fac, ut tuam et Tulliae valetudinem _____. (Cic. *fam.* 14, 17, 1)

6. Uvedte typ označených vět a naznačte strukturu jednotlivých souvětí

1. Appius **ut** audivit **nos venire**, in ultimam provinciam se coniecit Tarsum usque. (Cic. *Att.* 5, 16, 4)
2. Seplasia mehercule, **ut dici audiebam**, te **ut primum** aspexit, Campanum consulem repudiavit. (Cic. *Pis.* 24)

3. ...[sc. Epaminondas] **cum** vicisset Lacedaemonios apud Mantineam atque ipse gravi vulnere **exanimari se** videret, **ut primum** dispexit, **quaesivit**, salvusne **esset** clipeus. **Cum salvum esse** flentes sui respondissent, rogavit, **essentne fusi** hostes. **Cum** id quoque, **ut** cupiebat, audivisset, **evelli** iussit eam, **qua** erat transfixus, hastam. (Cic. *fin.* 2, 30, 97)
4. Itaque feci non invitus, **ut** prodessem multis rogatu tuo. (Cic. *Lael.* 4)
5. Itaque in Cappadocia extrema non longe a Tauro apud oppidum Cybistra castra feci, **ut** et Ciliciam tuerer et Cappadociam tenens nova finitimorum consilia impedirem. (Cic. *fam.* 15, 4, 4)
6. Hic **simulatque** imperii potitus est, persuasit Lacedaemoniis, **ut** exercitus emitterent in Asiam bellumque regi facerent, docens **satius esse** in Asia quam in Europa dimicari. (Nep. *Ages.* 2, 1)
7. Ad Philippum quoque missi, **qui** ducenta argenti talenta pollicerentur, **ut** in Siciliam aut in Italiam traiceret. (Liv. 29, 4, 4)
8. **Ubi** comperit Heraclium non adesse, cogere incipit eos, **ut** absentem Heraclium condemnent. (Cic. *Verr.* II 2, 41)
9. **Ubi** sit et quid fieri possit, Bolanus te docebit. (Cic. *fam.* 13, 77, 3)
10. **Ubi** enim quicquid esset, **quod** disci posset, eo veniendum iudicaverunt. (Cic. *Tusc.* 4, 19, 44)
11. Ita Numitori Albana re permissa Romulum Remumque cupido cepit in iis locis, **ubi** expositi **ubique** educati erant, urbis condendae. (Liv. 1, 6, 3)

7. Odpovězte

1. Nam postquam in Siciliam eum pervenisse crediderunt, absentem, quod sacra **violasset**, reum fecerunt. (Nep. *Alc.* 4, 3)
 - Zdůvodněte použití konjunktivu *violasset* ve větě s *quod*.
2. Monumentum eius pugnae, ubi primum ex profunda emersus palude equus Curtium in vado statuit, Curtium lacum appellarunt. (Liv. 1, 13, 5)
 - Obsahuje souvětí vedlejší větu časovou?
3. Simulac constituero, ad te scribam, et tu ad me quam diu in suburbano **sis futurus**. (Cic. *Att.* 12, 40, 5)
 - Zdůvodněte použití konjunktivu *futurus sis*, uveďte, o jaký typ věty se jedná.
4. Sed haec pluribus multaue alia et de te et ad te, **cum** primum ero aliquid nactus oti. (Cic. *fam.* 2, 9, 3)
 - Zdůvodněte použití času ve větě s *cum*.

5. Ut primum diluxit, servus, qui cenanti ad pedes steterat, narrat, quae inter cenam ebrius dixisset, et hortatur, ut caesarem occupet atque ipse se deferat. (Sen. *benef.* 3, 27, 1)
 - Vysvětlete fungování souslednosti časové v souvětí (použití časů v jednotlivých typech vět).
6. Fuga satellitum, ut iacentem **videre** regem, facta est. (Liv. 24, 7, 7)
 - Určete tvar *videre* a zdůvodněte, proč je zde použit.

Věty s *antequam, priusquam*

1. **Přeložte do češtiny. Najděte věty, které nepatří mezi věty časové.**
1. Atque antequam de incommodis Siciliae dico, pauca mihi videntur esse de provinciae dignitate, vetustate, utilitate dicenda (= dicenda). (Cic. *Verr.* II 2, 2)
2. Exspectabo ergo nec ante edam, quam aut bonum panem habere coepero aut fastidire desiero. (Sen. *epist.* 123, 2)
3. Amicum condemnas de praesentibus? Antequam audias, antequam interroges, antequam illi aut accusatorem suum nosse liceat aut crimen, irasceris? (Sen. *dial.* 4, 29, 3)
4. Discussa est illa caligo, quam paulo ante dixi; diluxit, patet, videmus omnia, neque per nos solum, sed admonemur a nostris. (Cic. *Phil.* 12, 5)
5. Ego autem non commemini, ante quam sum natus, me miserum: tu si meliore memoria es, velim scire, equid de te recordere. (Cic. *Tusc.* 1, 6, 13)
6. Tibi de nostris rebus nihil sum ante mandaturus per litteras, quam desperaro coram me tecum agere posse. (Cic. *fam.* 3, 5, 4)
7. Ego vero me minus diu senem esse malletm quam esse senem, ante quam essem. (Cic. *Cato* 32)
8. Sine, quaeso, priusquam de condicione nostra queror, noxam, cuius arguimur, nos purgare... (Liv. 25, 6, 6)
9. Haec ubi Romae conperta sunt, senatus Catilinam et Manlium hostis (= hostes) iudicat, ceterae multitudini diem statuit, ante quam sine fraude liceret ab armis discedere praeter rerum capitalium condemnatis. (Sall. *Catil.* 36, 2)
10. Dicam, cur inutile rei publicae, sed prius, quam turpe consulibus sit, videte. (Cic. *Phil.* 11, 21)
11. Cui prius quam de ceteris rebus respondeo, de amicitia, quam a me violatam esse criminatus est, quod ego gravissimum crimen iudico, pauca dicam. (Cic. *Phil.* 2, 3, 15)

12. Quaedam ergo nos magis torquent quam debent; quaedam ante torquent quam debent; quaedam torquent, cum omnino non debeant. (Sen. *epist.* 13, 5)
13. Sic latro est etiam, antequam manus inquinet, quia ad occidendum iam armatus est et habet spoliandi atque interficiendi voluntatem; exercetur et aperitur opere nequitia, non incipit. (Sen. *benef.* 5, 14, 2)
14. Antequam felicitatem suam nosset frater tuus, exemptus est. (Sen. *dial.* 3, 3, 2)
15. Ego omni delectatione litterisque omnibus careo, quas ante quam te videro, attingere non possum. (Cic. *fam.* 16, 14, 1)
16. Inde plurium dierum praeparatis cibariis consilium erat ire ad hostem, priusquam hiems opprimeret. (Liv. 37, 37, 5)
17. Nihil prius petierunt a praetore, quam ut bibere sibi iuberet dari. (Liv. 40, 47, 5)
18. Triumphavit anno fere post quam consulatu abiit. (Liv. 37, 59, 6)
19. Haud ita multum interim temporis fuit; ante tamen, quam producta dies veniret, morbo moritur. (Liv. 2, 61, 8)
20. Primum ista tam seni ante oculos debet esse quam iuveni. (Sen. *epist.* 12, 6)

2. Přeložte do latiny

1. Dříve než budu mluvit o obžalobě, řeknu něco málo o naději žalobců.
2. Přišel do Misena, když jsem já byl na statku u Pompejí. A odešel odtud dříve, než jsem se dozvěděl, že přišel.
3. Dříve než by vstoupil na území nepřátel, čekal tam na pomocné jednotky spojenců.
4. Dříve než jsem přišel do provincie, byl mi doručen tvůj dopis.
5. Odpovím ti, ale ne dříve, než mi odpovíš ty.
6. Dříve než bych promluvil, vstal ze židle a odešel.
7. Dříve, než by se o cokoliv (*quicquam*) pokusil, přikáže k sobě zavolat Diviciaka a mluví s ním prostřednictvím svého přítele, kterému velmi důvěřoval.
8. Dříve než by se otrásla země, je obvykle slyšet dunění.
9. Chci zajisté udržet dávné Antoniovo přátelství bez urážky a napíšu mu, ale ne dříve, než tě uvidím.
10. Dříve než jsme dostali tvůj dopis, už byla ta věc uvedena ve všeobecnou známost.
11. Dříve než bych o státě řekl to, co si myslím, že je třeba říct, krátce vám vysvětlím důvod svého odchodu i návratu.
12. Římští konzulové obětovali dříve, než vytáhli do boje.

obžaloba	accūsātiō, ōnis, f.
žalobce	accūsātor, ōris, m.
Misenum	Misēnum, ī, n.
statek u Pompejí	Pompeiānum, ī, n.
dozvědět se	cognōscō, ere, cognōvī, cognitum
vstoupit	intrō, āre, āvī, ātum +ak.
pomocné jednotky	auxilia, ōrum, n.
doručit (dopis)	reddō, ere, didī, ditum
promluvit	verbum, ī, n. faciō, ere, fēcī, factum
židle	sella, ae, f.
vstát ze židle	surgō, ere, surrēxī, surrēctum dē sellā
Diviciakus	Diviciācus, ī, m.
přítel	familiāris, is, m.
mluvit prostřednictvím někoho	colloquor, ī, locūtus sum per +ak.
důvěřovat	fidem (fidēs, ēī, f.) habeo, ēre, habuī, habitum +dat.
▪ velmi důvěřovat	▪ summam fidem habere
otřást	moveō, ēre, mōvī, mōtum
▪ otřást se (země)	▪ movērī
dunění	mūgītus, ūs, m.
obvykle (se něco děje)	soleō, ēre, solitus sum
udržet	retineō, ēre, tenuī, tentum
dávný	inveterātus, a, um
urážka	offēnsiō, ōnis, f.
dostat (dopis)	accipiō, ere cēpī, ceptum
uvést ve všeobecnou známost	pervulgō, āre, āvī, ātum
vysvětlit	expōnō, ere, posuī, positum
odchod	profectiō, ōnis, f.
návrat	reversio, ōnis, f.
obětovat	immolō, āre, āvī, ātum
vytáhnout do boje	ēducō, ere, dūxī, ductum in aciem

3. Dejte do správného tvaru

1. Venisti iratus omnibus, quod ego simul ac te (*aspicere; uviděl jsem*) _____, prius quam loqui (*coepisse; začal jsi*) _____, (...) sensi atque providi. (Cic. *Vatin.* 4)
2. Ante quam aliquo loco (*considerare; usadím se*) _____, neque longas a me neque semper mea manu litteras exspectabis; cum autem erit spatium, utrumque (*praestare; ego*) _____. (Cic. *Att.* 5, 14, 1)
3. An ante quam (*postulare; tu*) _____, ut bona (*possidere; tu*) _____, misisti, qui (*curare; ille*) _____, ut dominus de suo fundo a sua familia vi deiceretur? (Cic. *Quinct.* 81)
4. Et Q. Fabius Maximus augur mortuus est admodum adulescens, priusquam ullum magistratum (*capere; ille*) _____... (Liv. 33, 42, 6)
5. Postquam id (*animadvertere; ille*) _____, copias suas Caesar in proximum collem subduxit equitatumque, qui sustineret hostium impetum, (*mittere*) _____. (Caes. *Gall.* 1, 24, 1)

6. Consules creati L. Aemilius Paullus iterum, quarto decimo anno postquam primo consul (*esse; ille*) _____, et C. Licinius Crassus. (Liv. 44, 17, 4)
7. In omnibus autem negotiis, priusquam (*adgredi; tu*) _____, adhibenda est praeparatio diligens. (Cic. *off.* 1, 21, 73)
8. Atqui hic Livius primus fabulam C. Claudio Caeci filio et M. Tuditano consulibus docuit anno ipso ante quam (*nasci*) _____ Ennius... (Cic. *Brut.* 72)
9. Vercingetorix ubi de Caesaris adventu (*cognoscere*) _____, oppugnatione desistit atque obviam Caesari proficiscitur. (Caes. *Gall.* 7, 12, 1)
10. Consules, priusquam in provincias (*proficisci*) _____, legationes transmarinas in senatum introduxerunt. (Liv. 39, 46, 6)

4. Vyberte správná či nejvhodnější tvrzení a zdůvodněte je

1. **Prius** hic adero, **quam** te amare desinam. (Plaut. *Bacch.* 100)

Věta vyjadřuje:

- Nejprve budu přítomen a pak tě přestanu milovat.
- Je pravděpodobnější, že budu přítomen, než že tě přestanu milovat.

2. Patentibus iam portis, **priusquam inrumperent victores**, fuga e castris Gallorum in omnes partes facta est. (Liv. 38, 23, 1)

Z věty lze vyvodit, že:

- Vítězové nakonec vtrhli do tábora.
- Vítězové nakonec do tábora nevtrhli.
- Nelze určit, zda vítězové nakonec do tábora vtrhli nebo ne.
- Gallové nechtěli čekat na vítěze a raději utekli.
- Gallové utekli a následně do tábora vtrhli vítězové.

3. Mors dolorum omnium exolutio est et finis, ultra quem mala nostra non exeunt, quae nos in illam tranquillitatem, in qua, **antequam nasceremur, iacuumus**, reponit. (Sen. *dial.* 6, 19, 5)

Konjunktiv *nasceremur* vyjadřuje:

- Raději jsme setrvali v klidu, než bychom se narodili.
- Není zřejmé, zda jsme se narodili nebo ne, je to pouze možnost.
- Jedná se o opakovaný děj, který se vztahuje na všechny lidi.
- Je zde použít pouze kvůli tomu, že řídicí sloveso *iacuumus* je samo ve větě vedlejší.

4. ...plerique et **volnerati et interfecti sunt, priusquam** occultum hostem **viderent**. (Liv. 35, 29, 3)
Priusquam solveret naves, Ilium a mari escendit, ut Minervae sacrificaret. (Liv. 35, 43, 3)
- Konjunktiv *viderent* nelze nahradit indikativem tak, aby věta měla přijatelný smysl.
 - Konjunktiv *viderent* lze nahradit indikativem, smysl věty se jen mírně změní.
 - Konjunktiv *solveret* nelze nahradit indikativem tak, aby věta měla přijatelný smysl.
 - Konjunktiv *solveret* lze nahradit indikativem, smysl věty se jen mírně změní.
5. Sed **antequam** de praeceptis oratoriis **dicimus, videtur** dicendum de genere ipsius artis, de officio, de fine, de materia, de partibus. (Cic. *inv.* 1, 4, 5)
- Místo indikativu *dicimus* nelze použít konjunktiv *dicamus*.
 - Mezi indikativem *dicimus* a konjunktivem *dicamus* je podstatný významový rozdíl.
 - Mezi indikativem *dicimus* a konjunktivem *dicamus* není podstatný významový rozdíl.
 - Indikativ *dicimus* naznačuje, že zcela jistě bude následovat výklad o zásadách řečnického umění.
5. **Sledujte používání indikativu a konjunktivu. Zkuste použít opačný způsob a sledujte změny ve významu. Uvedte, zda je v některém případě změna způsobu zcela nemožná.**
1. Nec quievere, antequam expugnando aut in deditionem accipiendo singulas urbes Latium omne **subegere**. (Liv. 8, 13, 8)
 2. Vercingetorix, priusquam munitiones ab Romanis **perficiantur**, consilium capit omnem ab se equitatum noctu dimittere. (Caes. *Gall.* 7, 71, 1)
 3. ...si nostri oblitus es, dabo operam, ut istuc **veniam** ante, quam plane ex animo tuo **effluo**. (Cic. *fam.* 7, 14, 1)
 4. Sed **ante quam adgrediar** ad ea, quae a te disputata sunt, de te ipso dicam, quid **sentiam**. (Cic. *nat. deor.* 1, 57)
 5. Nam priusquam Romani amnem Hiberum **transirent**, ingentes copias Hispanorum Mago et Hasdrubal fuderunt. (Liv. 24, 41, 1)
 6. Naufragium, antequam navem **adscenderem**, feci. (Sen. *epist.* 87, 1)
 7. M. Cato, ortus municipio Tusculo, adolescentulus, priusquam honoribus **operam daret**, versatus est in Sabinis, quod ibi heredium a patre relictum habebat. (Nep. *Cato* 1, 1)
 8. ...quidam ante vivere desierunt, quam **inciperent**. (Sen. *epist.* 23, 11)
 9. Prodest morbum suum nosse et vires eius, antequam **spatiantur**, opprimere. (Sen. *dial.* 5, 10, 4)

10. Nam qui peccare se nescit, corrigi non vult: **deprehendas** te oportet, antequam **emendes**. (Sen. *epist.* 28, 9)
11. Atque haec non ego prius **sum suspicatus**, quam mihi palam **denuntiata sunt**,... (Cic. *Att.* 8, 11D, 7)
12. Annus enim octogesimus admonet me, ut sarcinas **conligam**, antequam **proficiscar** e vita. (Varro *rust.* 1, 1, 1)
13. Dic mihi praeterea, Pansa, Ventidius ubi **sit**, cui **fui** semper amicus, ante quam ille rei publicae bonisque omnibus tam aperte **est factus** inimicus. (Cic. *Phil.* 12, 23)
14. Mortuus tamen prius in vinclis est, quam iudicium de eo populi **perficeretur**. (Liv. 29, 22, 9)

6. Porovnejte použití indikativu a konjunktivu v následujících skupinách vět

1. Qua de re **antequam** dicere **incipio**, perpauca mihi de meo officio verba faciunda sunt... (Cic. *Cluent.* 117)
Sed necesse est, **ante quam** de tribunatu P. Sesti dicere **incipiam**, me totum superioris anni rei publicae naufragium exponere... (Cic. *Sest.* 15)
Nam et **prius quam incipias**, consulto, et ubi **consulueris**, mature facto opus est. (Sall. *Catil.* 1, 6, 2)
...**prius quam** de re publica dicere **incipio**, pauca querar de hesterna M. Antoni iniuria... (Cic. *Phil.* 1, 11)
2. Vere, ut opinor, Curius Dentatus aiebat, malle se esse mortuum quam vivere: ultimum malorum est e vivorum numero exire, **antequam moriaris**. (Sen. *dial.* 9, 5, 5)
...M. Cato legem suadens in Galbam multa dixit; quam orationem in Origines suas rettulit, paucis **ante, quam mortuus est**, diebus an mensibus. (Cic. *Brut.* 89)
3. **Priusquam** consules in provincias **proficiscerentur**, prodigia per pontifices procurari placuit. (Liv. 37, 3, 1)
Caesar **priusquam** eodem **est profectus**, luna hora circiter sexta visa est. (Bell. *Hisp.* 27, 3)

Věty s *dum donec, quoad, quamdiu*

1. Přeložte do češtiny a určete typ věty

1. Manebit ergo amicitia tam diu, quam diu sequetur utilitas, et, si utilitas amicitiam constituet, tollet eadem. (Cic. *fn.* 2, 24, 78)
2. Dum in his locis Caesar navium parandarum causa moratur, ex magna parte Morinorum ad eum legati venerunt, qui se de superioris temporis consilio excusarent, ... (Caes. *Gall.* 4, 22, 1)
3. An, dum bestiae loquantur, exspectamus, hominum consentiente auctoritate contenti non sumus? (Cic. *div.* 1, 84)
4. A multis tentatus non modo nullum detrimentum existimationis fecit, sed, quoad vixit, virtutum laude crevit. (Nep. *Cato* 2, 4)
5. Et ista quamdiu furtim et a singulis fiunt, minus noxia minusque monstruosa sunt: ex senatus consultis plebisque scitis saeva exercentur et publice iubentur vetata privatim. (Sen. *epist.* 95, 30)
6. Qua re sit summa in iure dicendo severitas, dum modo ea ne varietur gratia, sed conservetur aequabilis. (Cic. *ad Q. fr.* 1, 1, 20)
7. Haec igitur prima lex amicitiae sanciat, ut ab amicis honesta petamus, amicorum causa honesta faciamus, ne exspectemus quidem, dum rogemur; studium semper adsit, cunctatio absit; consilium vero dare audeamus libere. (Cic. *Lael.* 44)
8. Quae dum in Asia geruntur, accidit casu, ut legati Prusiae Romae apud T. Quintium Flaminium consularem cenarent, atque ibi de Hannibale mentione facta ex iis unus diceret eum in Prusiae regno esse. (Nep. *Hann.* 12, 1)
9. Huc ex Asia Sulla decedens cum venisset, quamdiu ibi fuit, secum habuit Pomponium, captus adulescentis et humanitate et doctrina. (Nep. *Att.* 4, 1)
10. Mutuo ista fiunt, et homines, dum docent, discunt. (Sen. *epist.* 7, 8)
11. Quando enim veniet consul? An id exspectamus, quoad ne vestigium quidem Asiae civitatum atque urbium relinquatur? (Cic. *Phil.* 11, 25)
12. Haec dum breviter expono, quaeso, ut fecistis adhuc, diligenter attendite. (Cic. *Verr.* II 5, 42)
13. De sororis tuae filiis non exspectavi, Brute, dum scriberes. (Cic. *ad Brut.* 1, 18, 6)
14. Nam dum hominum genus erit, qui accuset eos, non deerit; dum civitas erit, iudicia fient. (Cic. *S. Rosc.* 91)
15. Ne quoquam exurgatis, donec a me erit signum datum. (Plaut. *Bacch.* 757)

16. Nec minor caedes in urbe quam in proelio fuit, donec abiectis armis nihil praeter vitam petentes dictatori deduntur. (Liv. 4, 34, 3)
17. ...sed nescio quo modo, dum lego, adsentior, cum posui librum et mecum ipse de immortalitate animorum coepi cogitare, adsensio omnis illa elabatur. (Cic. *Tusc.* 1, 11, 24)
18. Sunt his alii multum dispares simplices et aperti, qui nihil ex occulto nihil de insidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici, itemque alii, qui quidvis perpetiantur, cuius deserviant, dum, quod velint, consequantur, ut Sullam et M. Crassum videbamus. (Cic. *off.* 1, 30, 109)

2. Přeložte do latiny

- Nic nebudu skrývat, a dokud budu moci, vysvětlím vám, co si o každé z těch věcí (*dosl. o každé věci*) myslím.
- Zatímco jsem byl na Sicílii, nebyla stržena žádná socha. Poznejte, co se stalo poté, co jsem odtud odešel.
- Zatímco jsem mluvil (o tom), že se tyto věci mění, změnil jsem se.
- Zůstal několik dní v Athénách, dokud by od Efesu nepřiřpluly lodě do Pirea.
- Ten národ byl silný, dokud platily Lykurgovy zákony.
- Dokud tam byl, bránil (tomu), aby mu byla postavena nějaká socha. Ve své nepřítomnosti (*tj. nepřítomný*) tomu zabránit nemohl.
- Zdržel se až do té doby, dokud k němu nepřišli legáti od Gnaea Pompeia.
- Jsou poslušní na slovo, dokud jsou přítomni ti, kteří rozkazují.
- Budu mít velkou starost o tebe, tvoje blízké (*tj. tvé*) i všechny tvoje věci, dokud budu živ.
- Nemohu snést ty, kteří hájí nespravedlivé činy, zatímco předstírají, že chtějí mír.
- Dokud mohli, hájili svůj názor.
- Seděl mlčky, dokud nebylo oznámeno, že byli na náměstí přivedeni strůjci povstání a že je vše připraveno.
- Nečekej, až ti poděkuji.

skrývat	occultō, āre, āvī, ātum
myslet si	sentiō, īre, sēnsī, sēnsūm
odtud	illinc
strhnout (sochu)	dēiciō, ere, iēcī, iectum
zůstat (setrvat) někde	moror, āri, ātus sum
Efesos	Ephesus, ī, f.
přiřplout	veniō, īre, vēnī, ventum
Pireus	Piraeus, ī, m.
silný	fortis, e

platit (zákon)	vigeō, ēre, uī, –
Lycúrgos	Lycúrgus, ī, m.
postavit sochu (někomu)	statuam (statua, ae, f.) pōnō, ere, posuī, positum +dat.
zdržet se	mē teneō, ēre, uī, (tentum)
až do té doby	usque eō
poslušný na slovo	dictō (dictum, ī, n.) / verbō (verbum, ī, n.) audiēns, entis
rozkazovat	imperō, āre, āvī, ātum
mít starost	cūrae (dat.) esse +nom. (aliquis, aliquid)
▪ mít velkou starost	▪ maximae cūrae esse
snést (někoho, něco)	ferō, ferre, tulī, lātum
hájit	dēfendō, ere, fendī, fēnsu
činy	ācta, ōrum, n.
nespravedlivý	nefārius, a, um
předstírat	simulō, āre, āvī, ātum
názor	sententia, ae, f.
mlčky (sedět)	tacitus, a, um (sedeō, ēre, sēdī, sessum)
strůjce	auctor, ōris, m.
povstání	sēditio, ōnis, f.
náměstí	forum, ī, n.

3. Přeložte krátké věty

1. Zatímco jsi byl v Řecku, změnilo se mnoho věcí.
2. Kdykoliv přijde, stěžuje si na podmínky života.
3. Dokud to nevidím, neuvěřím.
4. Jakmile to řekl, všichni začali křičet.
5. Čekal jsem, až přijdeš.
6. Když budu moci, pomůžu ti.
7. Pracoval, dokud mohl.
8. Budu pracovat, dokud budu moci.
9. Dokud jsi nepřišel, velmi jsem se bál.
10. Narodil se dva roky poté, co skončila válka.
11. Dříve než odešel, všechno nám řekl.
12. Neodejdeme dříve, než nám to všechno řekneš.
13. Odsoudili je dříve, než by mohli cokoliv říct.
14. Až se to dozvím, napíšu ti.
15. Když se dozvěděli, že jsou v nebezpečí, utekli.

4. Dejte do správného tvaru

1. Auro opus fuit; sumpsit a Clodia, sumpsit sine teste, habuit, quamdiu (*velle; ille*) _____ . (Cic. *Cael.* 31)
2. Expectate, dum consul aut dictator (*feri*) _____ , quem privatum viribus et audacia regnantem videtis. (Liv. 3, 11, 13)
3. Dum elephantum (*traicere*) _____ , interim Hannibal Numidas equites quingentos ad castra Romana miserat speculatum, ubi et quantae copiae (*esse; jsou*) _____ et quid (*parare; chystají*) _____ . (Liv. 21, 29, 1)
4. Clamor ululatusque in castris Macedonum fuit, donec luna in suam lucem (*emergere*) _____ . (Liv. 44, 37, 9)
5. Ego vitam, quoad aut (*putare; ego*) _____ tua interesse aut ad spem servandam esse, retinebo. (Cic. *ad Q. fr.* 4, 5)
6. Ceterum postquam pugnari (*coepisse; se začalo*) _____ , (...) laborabat Romana acies, donec signum equitibus (*dare; nebylo dáno*) _____ , ut in hostem (*admittere*) _____ equos. (Liv. 25, 19, 3)
7. ...cuius [sc. libertatis] quidem ego, quoad (*posse; ego*) _____ , non modo defensor, sed etiam conservator fui. (Cic. *Phil.* 3, 28)
8. Quid dicam? Exspecta, amabo te, dum Atticum (*convenire; ego*) _____ ? (Cic. *Att.* 7, 1, 4)
9. Sed contentio tamdiu sapiens est, quamdiu aut (*proficere*) _____ aliquid aut, si non proficit, non (*obesse*) _____ civitati. (Cic. *Balb.* 60)
10. ...quamdiu in Italia (*esse; ille*) _____ , nemo ei in acie restitit, nemo adversus eum post Cannensem pugnam in campo castra posuit. (Nep. *Hann.* 5, 4)
11. ... tuam defendam auctoritatem, quoad tu (*velle*) _____ . (Cic. *Verr.* II 5, 19)
12. „Quid?“ „Si,“ inquit, „nescis, utrum ingratus (*esse; je*) _____ an gratus, expectabis, donec (*scire; tu*) _____ , an dandi beneficii tempus non amittes? (Sen. *benef.* 4, 33, 1)
13. Interea, dum haec (*gerere; se to dálo*) _____ , hostium copiae ex Arvernibus equitesque, qui toti Galliae erant imperati, conveniunt. (Caes. *Gall.* 7, 66, 1)

5. Vyberte správnou možnost nebo správné možnosti a vysvětlete

1. Manent istae litterae Mileti, manent et (*dum, donec, quoad, quamdiu*) erit illa civitas, manebunt. (Cic. *Verr.* II 1, 88)
2. (*dum, donec, quoad, quamdiu*) apud Zamam sic certatur, Iugurtha ex improviso castra hostium cum magna manu invadit. (Sall. *Iug.* 58, 1)

3. Ad urbem (*postquam, cum, dum, quamdiu, donec*) esset, audivit Dioni cuidam Siculo permagnam venisse hereditatem. (Cic. *Verr.* II 2, 21)
 4. Ita de comitiis, (*dum, donec, quoad, quamdiu*) rediit Marcellus, silentium fuit. (Liv. 23, 31, 9)
 5. Haec (*dum, cum*) dubitas, menses abierunt decem. (Ter. *Ad.* 691)
 6. (*dum, cum*) recordationes fugio, quae quasi morsu quodam dolorem efficiunt, refugio ad te admonendum; quod velim mihi (*ignoscas, ingnosceres, ingnoscere*),... (Cic. *Att.* 12, 18, 1)
 7. Id (*postquam, dum, donec, quoad, cum primum, ut*) audivit, „Satis,“ inquit, „vixi: invictus enim morior.“ (Nep. *Epam.* 9, 4)
 8. Mittit eo M. Antonium cum legionis XIII. cohortibus V. Sulmonenses, (*dum, quamdiu, donec, quoad, cum, simulatque, postquam*) signa nostra viderunt, portas aperuerunt universique et oppidani et milites obviam gratulantes Antonio exierunt. (Caes. *civ.* 1, 18, 2)
 9. Haec agitata [sc. sunt] sermonibus, (*dum, donec, quoad, quamdiu*) dies causae dicendae venit. (Liv. 38, 50, 10)
 10. Quod (*cum, ubi, dum, quamdiu*) auditum est, conclamant omnes occasionem negotii bene gerendi amittendam non esse, ad castra iri oportere. (Caes. *Gall.* 3, 18, 5)
- 6. Vyberte indikativ nebo konjunktiv a zdůvodněte. Uvedte, zda je možné použít oba způsoby a vysvětlete rozdíl mezi nimi.**
1. Reus, dum (*consulti sunt, consulerentur*) patres, retentus in publico est. (Liv. 3, 13, 7)
 2. Tribuendum est igitur his aliquid, dum modo quantumtribuendum sit, (*intellegis, intellegas*). (Cic. *fin.* 5, 24, 72)
 3. Sin a vobis – id quod non spero – deserar, tamen animo non deficiam et id, quod suscepi, quoad (*potero, possim*), perferam. (Cic. *S. Rosc.* 10)
 4. ...certior tui consili factus non exspectavi, dum mihi a te litterae (*redderentur, redditae sunt*), confestimque cum Quinto fratre et cum liberis nostris iter ad te in Apuliam facere coepi. (Cic. *Att.* 8, 11D, 1)
 5. Eum [sc. sermonem] tamen interpellat fletus; cui repugno, quoad (*possum, possim*), sed adhuc pares non sumus. (Cic. *Att.* 12, 15)
 6. Quod ad te scripseram me in Epiro futurum, posteaquam extenuari spem nostram et evanescere (*vidi, vidissem, videram*), mutavi consilium nec me Thessalonica commovi, ubi esse statueram, quoad aliquid ad me de eo (*scipsisti, scriberes*), quod proximis litteris scripseras,... (Cic. *Att.* 3, 13, 1)

7. Progredi prae turba occurrentium ad spectaculum non poterat, donec a consule lictores (*missi sunt, mitterentur*), qui summoto iter ad praetorium (*fecerunt, facerent*). (Liv. 45, 7, 4)
8. Tiberius enim Gracchus, P. f., tam diu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum (*manebit, maneat*), at eius filii nec vivi probabantur bonis et mortui numerum optinent iure caesorum. (Cic. *off.* 2, 12, 43)
9. Hic cum fratri intercluso ab hostibus auxilium (*ferebat, ferret*), illum ex periculo eripuit, ipse equo vulnerato deiectus, quoad (*posset, potuit*), fortissime restitit. (Caes. *Gall.* 4, 12, 5)
10. Quam diu quisquam (*sit, erit*), qui te defendere (*audeat, audebit, audet*), vives, et vives ita, ut nunc vivis, multis meis et firmis praesidiis obsessus, ne commovere te contra rem publicam (*poteris, potes, possis*). (Cic. *Catil.* 1, 6)
11. Quid expectas? An dum ab inferis ipse Malleolus (*existit, existat, existet*) atque abs te officia tutelae, sodalitatis familiaritatisque (*flagitat, flagitet, flagitabit*)? (Cic. *Verr.* II 1, 94)
12. Dum (*differtur, differatur*), vita transcurrit. Omnia, Lucili, aliena sunt, tempus tantum nostrum est. (Sen. *epist.* 1, 3)
13. Dum necesse (*est, esset, erat*) resque ipsa (*cogebat, cogeret, cogit*), unus omnia poterat; qui posteaquam magistratus (*creavit, creaverat, creavisset*) legesque (*constituerat, constitueret, constituisset, constituit*), sua cuique procuratio auctoritasque est restituta. (Cic. *S. Rosc.* 139)
14. Ea vero continebis, quoad ipse te (*videbo, videam*); quod diligentissime facere soles, cum a me tibi (*dictum est, dictum esset*). (Cic. *Att.* 13, 21a, 1)
15. Eas [sc. mulieres] ego, quoad (*scivimus, sciremus, scivissemus*), utrum turpi pace nobis an misero bello (*erat, esset*) utendum, in Formiano esse volui et una Cicerones. (Cic. *Att.* 7, 18, 1)
16. Omne animal, donec (*moritur, mortuus est, moriatur*), id est, quod coepit: homo, donec (*moritur, mortuus est, moriatur*), homo est, equus equus, canis canis. (Sen. *epist.* 113, 11)

7. Odpovězte

1. Perpaucos dies, **dum** pecunia **accipitur**, quae mihi ex publica permutatione debetur, **commorabor**. (Cic. *fam.* 3, 5, 4)
 Paucos ibi **moratus** dies Cato, **dum exploraret**, ubi et quantae hostium copiae essent, ... (Liv. 34, 9, 11)
 - Porovnejte použití způsobu v uvedených větách a pokuste se vysvětlit, jaký je mezi nimi významový rozdíl.

2. Tu, mi frater, simul et ille **venerit**, primam navigationem, **dum** modo idonea tempestas sit, ne **omiseris**. (Cic. *ad Q. fr.* 2, 6, 3)
 - O jaký typ věty s *dum* se jedná?
 - Určete tvar *omiseris* a uveďte, co vyjadřuje.
 - Určete tvar *venerit* a zdůvodněte jeho použití.
 3. ...tantum velim ne **intermittas**, **scribas** ad me, quicquid veniet tibi in mentem, **cum** habebis, cui **des**, et **dum** erit, ad quem **des**; quod longum non erit. (Cic. *Att.* 11, 25, 1)
 - Je významový rozdíl mezi spojkami *cum* a *dum* nebo jsou synonymní a bylo by možné je zaměnit?
 - Proč jsou v souvětí použity tvary *intermittas* a *scribas* a v jakém typu věty se vyskytují?
 - Co vyjadřuje konjunktiv *des*?
 4. **Custodiatur** igitur vita mea rei publicae eaque, quoad vel dignitas vel natura **patietur**, patriae **reservetur**; mors autem necessitatem **habeat** fati aut, si ante oppetenda est, **oppetatur** cum gloria. (Cic. *Phil.* 12, 30)
 - Proč je ve větě hlavní konjunktiv a ve větě vedlejší s *quoad* indikativ futura I?
 - Bylo by možné nahradit futurum ve vedlejší větě konjunktivem? Pokud ano, jaký by byl rozdíl ve významu?
 5. Hoc feci, **dum licuit**; intermisi, **quoad non licuit**. (Cic. *Phil.* 3, 33)
 - Jaký význam mají spojky *dum* a *quoad*?
 - Proč může být ve druhé větě záporka?
- 8. Rozlište větu časovou a otázkou**
1. Ignominia autem illa gravis tam diu in illo homine fuit, **quam diu** iste in provincia mansit. (Cic. *Verr.* II 2, 67)
 2. Nemo, quam bene vivat, sed **quam diu**, curat, cum omnibus possit contingere, ut bene vivant, ut diu, nulli. (Sen. *epist.* 22, 17)
 3. Cogita, **quamdiu** iam idem facias: cibus, somnus, libido, per hunc circulum curritur. (Sen. *epist.* 77, 6)
 4. **Quam diu** mihi consuli designato, Catilina, insidiatus es, non publico me praesidio, sed privata diligentia defendi. (Cic. *Catil.* 1, 11)
 5. Et velim me certiolem facias, **quam diu** in suburbano sis futurus. (Cic. *Att.* 12, 37, 2)
 6. Si paris (= pares) copias ad confligendum non habebis, non te fugiet uti consilio M. Bibuli, qui se oppido munitissimo et copiosissimo tam diu tenuit, **quam diu** in provincia Parthi fuerunt. (Cic. *fam.* 12, 19, 2)
 7. Quid autem ad rem pertinet, **quam diu** vites, quod evitare non possis? (Sen. *epist.* 93, 12)

8. Sed tamen, **quam diu** vos eritis in spe, non deficiam, ne omnia mea culpa cecidisse videantur. (Cic. *fam.* 14, 3, 2)
9. Atque ex hac nimia nonnullorum alienatione a quibusdam haerent ea tela in re publica, quae, **quam diu** haerebant in uno me, graviter equidem, sed aliquanto levius ferebam. (Cic. *har. resp.* 47)

Vyjádření časového limitu a opakování

1. Uvedte, které věty mohou vyjadřovat časový limit, a přeložte do češtiny
1. Nam equidem, **postquam** gnatus (= natus) sum, numquam aegrotavi unum diem. (Plaut. *Men.* 959)
2. At Hamilcar, **posteaquam** mare transiit in Hispaniamque venit, magnas res secunda gessit fortuna: maximas bellicosissimasque gentes subegit, equis, armis, viris, pecunia totam locupletavit Africam. (Nep. *Ham.* 4, 1)
3. Credebam esse facile; totum est aliud, **posteaquam** sum a te diiunctior. (Cic. *Att.* 13, 11, 1)
4. Qui [sc. Pompeius], **cum** omnes Caesarem metuebamus, ipse eum diligebat, **postquam** ipse metuere coepit, putat omnis hostis (= omnes hostes) illi esse oportere. (Cic. *Att.* 8, 1, 4)
5. Et **postquam** multa iam dies erat neque movebatur quicquam ab hoste, iubet signa inferri consul... (Liv. 3, 60, 8)
6. Poteritis igitur exploratam habere pacem, **cum** in civitate Antonium videbitis vel potius Antonios? (Cic. *Phil.* 7, 16)
7. Nondum centum et decem anni sunt, **cum** de pecuniis repetundis a L. Pisone lata lex est... (Cic. *off.* 2, 21, 75)
8. Patimur enim multos iam annos et silemus, **cum** videamus ad paucos homines omnes omnium nationum pecunias pervenisse. (Cic. *Verr.* II 5, 126)
9. **Cum** haec accepta clades est, iam C. Horatius et T. Menenius consules erant. (Liv. 2, 5, 1)
10. Dies haud ita multi intercesserunt, **cum** ex Leontinis legati praesidium finibus suis orantes venerunt. (Liv. 24, 29, 1)
11. Iam nona ferme diei hora erat, **cum** Romanus nequiquam fatigato milite, **postquam** nulla spes erat potiundi castris, signum receptui dedit. (Liv. 21, 59, 5)

12. Duodequadragesimo ferme anno, **ex quo** regnare coeperat Tarquinius, non apud regem modo, sed apud patres plebemque longe maximo honore Servius Tullius erat. (Liv. 1, 40, 1)
13. Proditorem nolo dicere, certe speculatorem habemus in sinu, cuius, **ex quo** obses Romae fuit, corpus nobis reddiderunt Romani, animum ipsi habent. (Liv. 40, 5, 12)
14. Undeviginti annos natus erat eo tempore, est autem L. Paullo C. Marcello consulibus mortuus: **ex quo** videmus eum in patronorum numero annos quattuor et quadraginta fuisse. (Cic. *Brut.* 229)

2. Uvedte, které věty mohou vyjadřovat opakování, a přeložte do češtiny

1. Quae barbaria India vastior aut agrestior? In ea tamen gente primum ei, qui sapientes habentur, nudi aetatem agunt et Caucasi nives hiemalemque vim perferunt sine dolore, **cumque** ad flammam se adplicaverunt, sine gemitu aduruntur. (Cic. *Tusc.* 5, 27, 77)
2. Is iurare **cum** coepisset, vox eum defecit in illo loco, „Si sciens fallo“. (Cic. *fam.* 7, 1, 2)
3. Nam in ceteris rebus, **cum** venit calamitas, tum detrimentum accipitur; at in vectigalibus non solum adventus mali, sed etiam metus ipse adfert calamitatem. Nam **cum** hostium copiae non longe absunt, etiamsi⁷⁷ inruptio nulla facta est, tamen pecuae relinquuntur, agri cultura deseritur, mercatorum navigatio conquiescit. (Cic. *Manil.* 15)
4. ...nuntiata filii morte dignam magno viro vocem emisit: „Ego **cum** genui, tum moriturum scivi.“ (Sen. *dial.* 11, 11, 2)
5. Ita que te **cum** video, omnis (= omnes) mihi Granios, omnis Lucilios, vere ut dicam, Crassos quoque et Laelios videre videor. (Cic. *fam.* 9, 15, 2)
6. ...dies triginta aut plus eo in navi fui, **quom** (= cum) interea semper mortem expectabam miser... (Ter. *Hec.* 420)
7. ...pisces, ut aiunt, ova **cum** genuerunt, relinquunt, facile enim illa aqua et sustinentur et fetum fundunt... (Cic. *nat. deor.* 2, 129)
8. Sardibus iam consul erat; eo et P. Scipio ab Elaea, **cum** primum pati laborem viae potuit, venit. (Liv. 37, 45, 3)
9. Permulti anni iam erant, **cum** inter patricos magistratus tribunosque nulla certamina fuerant, **cum** ex ea familia (...) certamen oritur. (Liv. 9, 33, 3)
10. Apud Xenophontem autem moriens Cyrus maior haec dicit: „Nolite arbitrari, o mihi carissimi filii, me **cum** a vobis discessero, nusquam aut nullum fore.“ (Cic. *Cato* 79)
11. **Quotiescumque** filium tuum vidi (video autem fere cottidie), polliceor ei studium quidem meum et operam... (Cic. *fam.* 6, 5, 1)

77 *etiamsi* „ačkoliv“

12. Qui **simulatque** in oppidum quoppiam venerat, inmittebantur illi continuo Cibyratici canes, qui investigabant et perscrutabantur omnia. (Cic. *Verr.* II 4, 47)
13. **Simulac** primum ei occasio visa est – cognoscite hominis principium magistratuum gerendorum et rei publicae administrandae – aversa pecunia publica quaestor consulem, exercitum, sortem provinciamque deseruit. (Cic. *Verr.* I 34)
14. Sacerdos, **ut** in provinciam venit, frumentum in cellam imperavit. (Cic. *Verr.* II 3, 214)
15. Quod **cum** tam multi homines honestissimi audissent, statim ad me defertur; immo vero, **ut** quisque me viderat, narrabat. (Cic. *Verr.* I 19)
16. **Ubi** animum simul et corpus voluptates corrumpere, nihil tolerabile videtur,... (Sen. *dial.* 4, 25, 3)
17. ...proba istas, quae voluptates vocantur, **ubi** transcenderunt modum, poenas esse. (Sen. *epist.* 83, 27)
18. Id **ubi** Poeni resciverunt, Magonem eadem, qua fratrem, absentem adfecerunt poena. (Nep. *Hann.* 8, 2)
19. Ac tempestas minatur, **antequam** surgat, crepant aedificia, antequam corruant, praenuntiat fumus incendium... (Sen. *epist.* 103, 2)
20. Cupio enim, **ante quam** Romam venio, odorari diligentius, quid futurum sit. (Cic. *Att.* 14, 22, 1)
21. Sunt, qui officia lucis noctisque perverterint nec **ante** diducant oculos hesternae graves crapula, **quam** adpetere nox coepit. (Sen. *epist.* 122, 2)
22. Sic omne **prius** est perfectum opus, **quam** intellexeretur ab Afranio castra muniri. (Caes. *civ.* 1, 41, 5)
23. ...membris utimur **prius, quam** didicimus, cuius ea causa utilitatis habeamus, ... (Cic. *fin.* 3, 20, 66)

3. Přeložte do latiny

1. Od té doby, co jsem na statku ve Formiích, si připadám úplně jako vyhnanec (*tj. zdá se mi, že jsem zcela vyhnaný*).
2. Jakmile nadměrné množství vína ovládne ducha, cokoliv špatného bylo skryté, (to) vychází najevo.
3. Nikam jsem neodcházel ani jsem nespouštěl stát z očí od toho dne, kdy jsme byli svoláni do chrámu bohyně Země.
4. Když začne jaro, následuje větší změna počasí.
5. Blesk vidíme dříve, než slyšíme hrom, protože zrak je rychlejší a hodně předstihuje uši.

6. A proto lidé používali jeho důvtipu, když chtěli, a ochrany, když (to) bylo možné.
7. Je to šestý rok od té doby, co se tou věcí zabýváme.
8. Kdykoliv budete chtít, budou pro vás (*dativ*) ty věci připraveny na tomto místě i na jiných místech.
9. Kolikrát pronášíme řeč, tolikrát jsme posuzováni.
10. Jakmile se tvor narodí, raduje se z příjemných věcí a touží po nich jako (*ut*) po dobru, odmítá bolest jako (*ut*) zlo.
11. Od té doby, co jsi odešel, jsem Balba neviděl.

statek ve Formiích	Formiānum, ī, n.
úplně, zcela	plānē
vyhnat, poslat do vyhnanství	relēgō, āre, āvī, ātum
nadměrné množství vína	nimia vīs vīnī
ovládnout	possideō, ēre, sedī, sessum
být skryté	lateō, ēre, tuī, –
vyjít najevo	ēmergō, ere, mersī, mersum
nikam	nusquam
odcházet	discēdō, ere, cessī, cessum
spouštět z očí	dēiciō, ere, iēcī, iectum oculōs ā +abl.
chrám	aedēs, is, f.
bohyňe Země	Tellūs, ūris, f.
změna	inclinātiō, ōnis, f.
počasí, ovzduší	āer, āeris, m.
blesk	fulgor, ōris, m.
hrom	tonitrus, ūs, m. / tonitruum, ī, n.; zde: sonus, ī, m.
zrak	sēnsus, ūs, m. oculōrum
rychlý	vēlōx, ōcis
předstihnout	antecēdō, ere, cessī, cessum
hodně	multum
důvtip	cōnsilium, ii, n.
ochrana	patrōcinium, ii, n.
být možné	licet, ēre, licuit / licitum est
zabývat se (něčím)	operam (opera, ae, f.) dō, dare, dedī, datum +dat.
pronést řeč	dīcō, ere, dīxī, dictum
posuzovat	iūdicō, āre, āvī, ātum
tvor	animal, ālis, n.
příjemné věci	voluptās, ātis, f.
toužit (po něčem)	appetō, ere, petivī, petitum +ak.
odmítat	aspērnor, āri, ātus sum
Balbus	Balbus, ī, m.

4. Dejte do správného tvaru

1. Quod cum (*animadvertere; pasivum*) _____, frequentissimi senatores convenerunt. (Cic. *fam.* 11, 6a, 2)
2. Paucos post dies, quam haec (*agere; bylo vykonáno*) _____, legati ab Cotye rege Thracum venerunt, pecuniam ad redimendum filium aliosque obsides adportantes. (Liv. 45, 42, 6)

3. Cum (*venire; illi*) _____, quae postulant, cognoscam. (Cic. *Phil.* 13, 48)
4. Neque, postquam (*nasci; ego*) _____, habui nisi te servom Sosiam. (Plaut. *Amph.* 610)
5. Curius ubi intellegit, quantum periculum consuli (*inpendere*) _____, prope per Fulviam Ciceroni dolum, qui parabatur, enuntiat. (Sall. *Catil.* 28, 2)
6. Cum in his angustiis res (*esse*) _____ atque omnes viae ab Afranianis militibus equitibusque (*obsidere*) _____ nec pontes perfici (*posse*) _____, imperat militibus Caesar, ut naves (*facere*) _____... (Caes. *civ.* 1, 54, 1)
7. Quam [sc. tribuniciam potestatem] cum (*poscere; ille*) _____, verbo illam poscere videbatur, re vera iudicia poscebat. (Cic. *Verr.* I 44)
8. Idem multo plura bona feci, postquam in tuto ipse et ille in periculo esse (*coepisse*) _____. (Nep. *Them.* 9, 3)
9. Atque id actum est praetore me quinquennio ante, quam consul (*fieri; jsem se stal*) _____. (Cic. *Lael.* 96)
10. Damocritus, Aetolorum dux, paucos ante dies, cum e carcere noctu (*effugere*) _____, in ripa Tiberis, consecutis custodibus, priusquam (*comprehendere; pas.*) _____, gladio se transfixit. (Liv. 37, 46, 5)

5. Doplňte výrazy do vět

audivit, cum, cum, dum, mitterent, postquam, ubi, veniat

1. Ante sollicitus eram et angebar, (...); nunc autem, _____ Pompeius et consules ex Italia exierunt, non angor, sed ardeo dolore,... (Cic. *Att.* 9, 6, 4)
2. Quod _____ ille dixisset et satis disputatum videretur, in oppidum ad Pomponium perreximus omnes. (Cic. *fin.* 5, 32, 96)
3. Oratores Latinorum ab senatu petebant, ut aut _____ subsidium aut se ipsos tuendorum finium causa capere arma sinerent. (Liv. 2, 30, 8)
4. Tunc ad bonum perveniet, _____ ad rationem pervenerit. (Sen. *epist.* 124, 8)
5. ...cito enim nos omnis voluptas relinquit, quae fluit et transit et paene ante, quam _____, aufertur. (Sen. *dial.* 11, 10, 3)
6. Id Datames _____ audivit, arma sumit, suos sequi iubet; ipse equo concitato ad hostem vehitur. (Nep. *Dat.* 4, 5)
7. Maxime vero perturbatus est, ut _____ consules ex Italia profugisse,... (Cic. *Deiot.* 11)
8. _____ ea Romani parant consultantque, iam Saguntum summa vi oppugnabatur. (Liv. 21, 7, 1)

6. Určete typy zvyrazněných vět

1. Illuc eundum est, **ubi** ista propius aspicias. (Sen. *epist.* 93, 9)
2. Reditum [sc. est] inde Romam, **ubi** adversus Rutulos bellum summa vi parabatur. (Liv. 1, 56, 13)
3. Sed nobis **ubi** simus et quo iam nunc nos conferamus, providendum est. (Cic. *Att.* 14, 14, 7)
4. Caesar **ubi** luxit, omnes senatores senatorumque liberos tribunos militum equite-sque Romanos ad se produci iubet. (Caes. *civ.* 1, 23, 1)
5. Tum **ut** me Cotta vidit, „Peroportune,“ inquit, „venis...“ (Cic. *nat. deor.* 1, 15)
6. Senatum frequentem celeriter, **ut** vidistis, coegi. (Cic. *Catil.* 3, 7)
7. ...Erravit, temere fecit, paenitet; ad clementiam tuam confugio, delicti veniam peto, **ut** ignoscatur, oro. (Cic. *Lig.* 30)
8. Videtisne, **ut** apud Homerum saepissime Nestor de virtutibus suis praedicet? (Cic. *Cato* 31)
9. Meam profectionem laudari gaudeo; videndum est, **ut** mansio laudetur. (Cic. *Att.* 16, 1, 3)
10. De quo **quom** (= cum) perpauca dixero, tum ad ius civile veniam, **ex quo** haec omnis est nata oratio. (Cic. *leg.* 1, 34)
11. Quid te ipse decipis (...)? Ita dico: **ex quo** natus es, duceris. (Sen. *epist.* 4, 9, 9)
12. Ille in morbum continuo incidit, **ex quo** non convaluit; aeger Corcyram venit, ibi est mortuus. (Cic. *fam.* 13, 29, 4)
13. Interest, mortem eius **ex quo** die numeres. (Sen. *epist.* 93, 3)